

Johannes Assuerus Ampzing

**Programma In Obitum ... Matronae, Annae Mekelenburgae, Uxoris Viri ... Dn.
Alberti Dobini Senatoris huius urbis prudentissimi**

Rostochi[i]: Pedanus, 1627

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770475337>

Druck Freier  Zugang



Assverus, J. ,
in
A. Mekelenburg,
uxor. A. Dobin.
Rostock, 1627.

PROGRAMMA
In Obitum
Honestissimæ Matronæ,
ANNAE MEKE-
LENBURGÆ,
Uxoris
Viri honoratissimi,
DN. ALBERTI DOBINI
Senatoris hujus urbis pru-
dentissimi.



ROSTOCHI
Literis JOACHIMI PEDANI,
ANNO M, DC, XXVII.



RECTOR
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS
JOHANNES AS
SVERUS
Amplingus Transilulanus Med.
D. ac Professor.



Cce verò & alterum vo-
bis, Cives Academici, hodierni
diei funus Matronæ honestissi-
mæ, ANNÆ MECKELBUR-
GÆ, uxoris viri honoratissimi,
Dn. ALBERTI DOBINI,
Senatoris hujus urbis prudentis-
simi, fautoris & amici nostri cum
observantiâ colendi. Circa cujus sepulturam dictum
Apostoli Hebr. 9. vers. 27. *Statutum est hominibus semel
mori, postea verò judicium*, vice Thematiss tractandum,
mihi sumam. Cujus quidem Dicti prius membrum seu
partem priorem in altero programme hodierno fune-
bri utcunq̄ edisseruimus, ut putemus in re clara & omni-
bus perspicua superflua testimoniorum congerie non
magnoperè opus esse, Omnes enim homines morti ob-
noxios

noxios esse novimus non soli Christiani, sed norunt etiā omnes ubiq̃ gentes qvotqvot uspiam orbem in habitant terrarum, ipsā edoctæ experientiā. De Ægyptijs certe scribit Herodotus lib. 3. *quod olim in divitum epulis, unus aliquis cadaver lignēū, sed affabrè & quam proximè ad verum effictum ostendebat singulis, dicens. In hunc intuens pota, & oblecta te, talis post mortem futurus.* De altero autem membro Dicti Apostolici allegati, nihil intelligunt Gentes, nisi qvatenus subinde in fitis conscientiæ stimulis excitantur, sese nunc accusantes nunc excusantes, Rom. 2. 15. Discendum ergo hoc posterius Dicti Apostolici membrum de judicio post mortem è scripturis sanctis, in schola Ecclesiæ. Loca Scripturæ novi Testamenti quibus hoc membrum tractatur, maximè illustria sunt, Matth. 24. & 25. Item, 1. Cor. 15. & 1. Thess. 4. tum etiā 2. Petr. 3. Quæ quidem Scripturæ loca ut Studiosi Juvenes, qvotqvot vero pietatis studio ducuntur & amore Dei flagrant, legendo sibi familiaria reddant, etiam atq; etiam cohortor. In Intrimatione omnia prolixè describi nec possunt, nec debent. Tantùm eam omnis Scriptura divinitus inspirata utilis sit ad doctrinam & redargutionem, ad institutionem & correctionem tum etiam ad consolationem, ut, dicente Apostolo, per patientiam & consolationem Scripturarum spem habeamus; juvat sanè de his pro re nata aliquantulum dicere, tum ut rudiores erudiam, tum ut meipsum instruam.

Et quidem Doctrina & Redargutio hujus loci est tum contra Saducæos, qui negabant resurrectionem mortuorum, Matth. 22. 23. Act. 23. 6. tum contra Irrisores seu Illusores, 2. Pet. 3. 3. & seqq. tum deniq; contra Ventres, qui ore quidem Deum se scire profitentur, factis
verò

verò negant, Tit. 1, 16. Rom. 16, 18. Phil. 3, 18. 19. Esa. 28. 7.
& seq. Esa. 56, 10. & seq. Matt. 23. v. 14. & 25.

Institutio verò & Correctio est, ut Vigilemus expectemusq; adventum Domini nostri, tum ut mores vitamq; nostram sic corrigamus, ut digni reperiamur stare coram filio hominis, Luc. 21, 36. Vigilate, inquit Dominus: Nescitis enim qva hora Dominus vester venturus sit. Et, Si sciret paterfamilias qva vigilia fur venturus sit; vigilaret, nec sineret perfodi domum suam, Matt. 24, 42. 43. Et iterum, Vigilate itaq; qvia nescitis diem neq; horam, qva Filius hominis veniet Matth. 25, 13. & seq. Et vos similes estote ijs qvi expectant, quando Dominus suus reversurus est à nuptijs: ut cum venerit, & pulsaverit, statim aperiant ei Luc. 12, 36. Veniet, inquit Apostolus, sicut fur in nocte, dies ille Domini, qvo cœli cum stridore præteribunt, elementa verò æstuantia solventur, terraq; & quæ in ea sunt opera, exurentur. Quum igitur hæc omnia solvantur. quales oportet esse vos in sanctis conversationibus & pietatis officijs? Expectantes & properantes ad adventum diei Dei, in qvo cœli conflagrantes solventur & elementa æstuantia liquescent? Et paulo post. Quapropter dilecti hæc expectantes, studete, ut immaculati & incontaminati ab eo reperiamini, cum pace, 2. Pet. 3, 10. 11. 12. 14. Longum foret ejusmodi institutiones correctiones & admonitiones Apostolorum commemorare omnes, quæ in ipsorum Scriptis penè reperiuntur innumeræ. Quas in medium attuli suffecerint præsentis nostri instituto: modò locum inveniant in cordibus nostris.

Addam tamen unum & alterum testimonium è sanctis Patribus, qvi in hac meditatione assidui fuerunt. *Sive comedam*, inquit Hieronymus sup, Matth. *sive bibam*
sive

sive aliquid aliud faciam; semper vox illa videtur sonare in
auribus meis: Surgite Mortui, Venite ad Judicium. Quoties
diem Judicij cogito: totus corde & corpore contremisco. Si
qua presentis vita est letitia: ita agenda est, ut nunquam
amaritudo futuri judicij recidat à memoria. Non est nostrum
nosse tempora, id est, non expedit nobis diem Judicij nosse, sed
semper incerti de adventu Judicis, sic quotidie vivamus, quasi
die altera judicandi simus.

Et Anselmus 1. A dextris erunt peccata accusantia, à sini-
stris infinita demonia, subtùs horrendum chaos inferni, desu-
per Judex iratus, foris mundus ardens, intùs conscientia urens.
Ibi vix justus salvabitur. Heu miser peccator? sic deprehensus
quò fugies? latere enim erit impossibile, apparere intole-
rabile.

Deniq; Consolatio hujus loci est. Quod in illo die
Deus fidelium suorum lachrymas absterget ab oculis eo-
rum, & mors amplius non eritbit neq; luctus, neq; cla-
mor, neq; dolor Apoc. 7. 17. & cap. 21. 4. Erigite, inquit
Dominus Luc. 21, 28, & attollite capita vestra: quoniam
appropinquat redemptio vestra. Et Paulus 2. Thessal. 4.
postquam dixisset quod Deus eos qui obdormierint in
Jesu, in die Judicij adducet cum eo, & quod illi unà cum
eis, qui adhuc reliqui erunt vivi, simul in nubes rapien-
tur, in occursum Domini, in aera & ita semper cum Do-
mino erunt, tandem velut Epiphonemate concludit, di-
cens. Consolamini alij alios istis sermonibus. Ipse Domi-
minus & Servator noster inquit, Matth. 5, 4. Beati qui
lugent: quoniam ipsi consolationem accipient. Et ad A-
postolos Joh. 16. 20. Amen amen dico vobis Flebitis vos
& lamentabimini, mundus autem gaudebit, vos verò tri-
stes eritis: sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Mu-

lier cūm parit, &c. Et iterum v. 33. In mundo oppres-
sionem habebitis: sed confidite, ego vici mundum. Et Pau-
lus dicebat, Spectaculum facti sumus mundo & angelis
& hominibus 1. Cor. 4, 9. & rursū purgamenta mundi
facti sumvs utq; omnium fordes usq; adhuc. Ibid. v. 13.
Ipse vero Dominus noster Jesus Christus, & Deus & Pa-
ter noster, dabat ei Consolationem æternam, & spem bo-
nam 2. Thef. 2, 16. & 2. Cor. 1, 3, 4. Claudio jam hīc locum
Apostoli de Extremo Judicio: dcinceps de præsentī fu-
nere dīcturus.

Vir præclarus, Patritij & Senatorij Ordinis Dn. AL-
BERTUS DOBINUS uxorem suam piè defunctam AN-
NAM MECKELNBURGAM, hodierno die humi re-
condet, & extremum illi honorem persolvēt. Introijt
hæc in hanc vitam caducam anno 1570. 7. Augusti. Patre
sata Dn. BALTHASARO MECKELNBURGO, Capi-
taneo primum Dragunensi post Ribnizensi. Matre vero
ANNA von Hagen/ Qvi quidem Parentes nihil reliqui fe-
cere, ad filiam hanc suam piè & honestè educandam. Pa-
rentibus vitā functis, ad sororem Germanam huc Rosto-
chium concessit, apud eamq; permanfit donec.

Anno 1593. mense Septembri nuptum data fuit Dn.
ALBERTO DOBINO, urbis hujus Senatori prudentissi-
mo, cum quo in amabili placido, pacifico & tranquillo
conjugio vixit annos totos 34. præter propter. tanto in
amore & concordia ut illi anni 34 vix totidem septima-
næ Marito visi sint, atq; ita exemplo suo comprobavit fe-
citq; re ipsa testatum, non de nihilo fuisse piam & hone-
stam educationem & rei gerendæ familiaris peritiam à
Parentibus inde à teneris haustam. Deum timuit, mo-
rum honestatem coluit, rei familiari admivistrandæ di-
ligen-

ligenter incubuit, benefica erga pauperes, erga quos-
vis officiosa, deniq; omnium virtutum tum moralium
tum earum quas Theologicas vocant studiosa.

Conjugium experta est haud infœcundum: nam fi-
liam habuit unicam, nomine ANNAM, & filium unicum
STEPHANVM, quos sic educavit, sicut ipsa à Paren-
tibus educata fuerat in pie te erga Deum, in operibus
Christianæ charitatis erga proximum, & in omni vitæ
temperantia erga seipsam. memor præcepti Apostolici
jubentis ut *temperanter & justè & piè* vivamus in hoc se-
culo Tit. 2, 12.


Filiam in matrimonium dedit viro clarissimo juxta
ac doctissimo, Dn. HEINRICO HEINIO, J. V. D. con-
sultissimo, qui ex ea sustulit duos filios & tres filias. Ex u-
troq; sexu una proles fatis concessit: reliqua adhuc vi-
vit superstes.


Filius STEPHANVS conversatur apud exteros.

Porro Defuncta nostra, paulatim vergente ætate,
non semper prospera est usa valetudine, sed subinde a-
lijs atq; alijs cum morbis fuit conflictata, quos patienter
omnes pertulit, & Deo eventum commisit, usa inte-
rim Medicorum opera, tum pro sanitate tuenda, tum
pro ægritudine profliganda. Tandem morborum præ-
valuit phalanx, in qua primas tenuit Intemperies calida,
author graviorum symptomatum, dolorum capitis &
artuum, quæ omnimoda virium jactura fuit insecuta.
Quo factum est ut frustra laborantibus Medicis tandem
26. hujus mensis mane hora media tertiâ vita decesserit.
Vitæ exitus fuit illi tranquillus, nam præsentè Verbi di-
vini ministro, inter preces & gemitus ardentés in vera
fide piè & placidissimè, sine ullo mortis horrore, exspi-
ravit,

ravit, animamq; suam, quam quatrinduo antè ultimo viatico, sacrosancti Corporis & sanguinis Christi instruxerat Deo reddidit.

Statuit mœstissimus Maritus cum genero alijsq; amicis cadaver Demortuæ terræ mandare. hodie hora post meridiem media prima in æde D. Jacobo sacra, rogantq; cives Academicos Dn. Professores alijsq; Doctores, Verbi ministros & Magistros, tum generosam pubem Academicam universam, ut frequenti comitatu suo hoc funus deducant, hora & loco jam dicto. Debemus hoc officij mœstissimo Marito, fautori nostri ordinis, debemus amplissimæ HEINIORVM familiæ. Eamus ergo exsequias, & inter eundem Academiam, urbem hanc, totamq; provinciam deniq; & nosmetipfos singuli Deo ardentibus votis commendemus. P. P. Rostochij ad diem 28. Februarij Anno M. DC. XXVII,






ligenter incubuit, benefica erga
vis officiosa, deniq; omnium virtu
tum earum quas Theologicas voca

Conjugium experta est haud in
Ijam habuit unicam, nomine ANN
STEPHANVM, quos sic educavi
ribus educata fuerat in pie te erga
Christianæ charitatis. erga proximi
temperantia erga seipsam. memor
jubentis ut *temperanter & juste & pi*
culo Tit. 2, 12.

Filiam in matrimonium dedit v
ac doctissimo, Dn. HEINRICO H
sultissimo, qui ex ea sustulit duos fil
troq; sexu una proles fatis concessit
vit superstes.

Filius STEPHANVS conversat

Porro Defuncta nostra, paula
non semper prospera est usa valetu
lijs atq; alijs cum morbis fuit confli
ter omnes pertulit, & Deo eventum
rim Medicorum opera, tum pro sa
pro ægritudine profliganda. Tand
valuit phalanx, in qua primas tenuit
author graviorum symptomatum,
artuum, quæ omnimoda virium ja
Quo factum est ut frustra laborantib
26. hujus mensis mane hora media t
Vica exitus fuit illi tranquillus, nam
vini ministro, inter preces & gemit
fide pie & placidissimè, sine ullo m



rga quos-
moralium
: nam fi
unicum
a Paren-
operibus
mni vitæ
postolici
hoc se-
mo juxta
. D. con-
ias. Ex u-
dhuc vi-
teros.
te atate,
binde a-
patien-
usa inte-
la, tum
um præ-
s calida,
apitis &
nsecuta.
tandem
cesserit.
erbi di-
n vera,
, expi-
ravit,